Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

pertinent ¶ et eos apud quos ea vertentur: que ad vita-
tem et eos apud quos iactabundi sunt ¶ Et eos quos
emulatores: sed non invidos habere vellent aut amat:
aut illis amici esse vellent et quibus bona cooperantur:
ne sibi ipsis maiora eveniant mala ¶ Item eos qui ab-
sentes similiter atque presentes diligunt ¶ Quocirca qui
in defunctos huiusmodi sunt hos cuncti amant ¶ et vniversa-
liter studiosos nimium in amicos neque derelinquentes ¶ Ita
ex omnibus bonis boni amici summopere diliguntur ¶ Et
eos qui nichil eis fingunt neque dissimulant cuiusmodi
sunt: qui vel mala sua nobis aperiunt ¶ Dictum enim est
non vereri homines: si apud amicos que ad gloriam
¶ si ergo qui veretur non amat: qui non veretur: amati
similis est ¶ Preterea non timendos et quibus confidimus ¶
nullus enim amat: quem metuit ¶ Sunt amicicie species
sodalitium familiaritas propinquitas: et quecumque huiusmodi
¶ amiciciam vero efficiunt gratia: et si fecerit non rogatus:
et non significaverit cum feceris: sic enim ipsius causa videre
et non ob aliud ¶ De inimicitia autem et odisse patet
ex contrariis esse perspiciendum ¶ Huius efficientia sunt:
Ira detractio calumnia ¶ Sed ira ex hiis est: que ad seipsum
pertinent. Inimicitia "etiam" vero sine illis ¶ Nam si talem
esse suspicamur: odimus ¶ Preterea semper ira in singulos
ut socratem callicam: odium vero etiam in genera ¶ om-
nes enim calumpniatorem atque furem oderunt ¶ et alterum tempore
sanabile alterum non ¶ Ad hec ira dolorem inferre cu-
pit: odium vero affligere pocius nam qui irascitur cognosci
vult ¶ Hic vero non curat ¶ Sunt autem cuncta que do-
lorem faciunt sensibilia ¶ que vero maxime vicia sunt:
ea minime sunt sensibilia: veluti iniusticia et amentia
¶ non enim infert dolorem presentia viciorum ¶ Ita quod alterum
cum dolore est: alterum absque dolore ¶ dolet enim: qui irascitur:
qui odit: non dolet ¶ et ille multis motis miserebitur: Hic